

per omnis artus animum meare corpusq; uniuersum : atq; singillatim per membra oia tanq̄ per instrumenta quædã uim suam uirtutẽq; ostendere. Præterea ad eundẽ animũ referri oia: quæcunq; occurrũt sensibus. Quæ aut̄ a sensib⁹ referuntur: esse alia atq; alia. At Aristoteles Platonis discipulus: illum em̄ annos uiginti audierat: ac princeps sectæ peripateticæ in hacce partis animum secuit. Eas enim esse duas dicebat: quarũ altera uolebat rōnem cōtineri: alterã uero uacare rōne. Rursus aut̄ quæ haberet in sese rationẽ illã quoq; in duas diuidi ptis: quarũ altera ita cōtẽplemur ea quæ sunt: quo ad ipsa principia sec⁹ habere nō possunt: ut parte altera: ea contẽplamur: quæ habere aliter possũt: cū ad ea quæ alia sũt genere: partes quoq; aliæ sint genere necesse ẽ. Alterã uero harũ partium Aristoteles sciẽtificã uocat: alterã ratiocinatuã: cū rōcinari aliud nihil sit: q̄ consultare. De ijs em̄ quæ habere aliter possunt: consultat nemo. Sedẽ uero mentis atq; rōnis in cordis penentralib⁹ esse uoluit. Ad hanc aut̄ mētẽ Aristoteles docet ea referri oia: quæ singuli sensus nunciãt: ab eadẽ de ijs fieri iudiciũ: quæ sentiuntur: atq; examinari cuiusmodi ea sint: quæ uarie occurrunt sensibus. At ea in parte: quæ sua natura rationis ẽ expers: appetitum Aristoteles posuit: qui si a ratione se regi gubernariq; patiat̄: multarũ est uirtutũ capax: earumq; moralium. Nam mores huius partis sunt qualitates. Sin a perturbationib⁹ auertat̄: distrahaturq;: fit officina uiciorũ omniũ. Et hæc sunt sane: quæ mihi hoc tẽpore de animi partibus occurrebãt. Cũ plus ocijidabit̄: longior tecum ero. Vale. Ex mediolano pridie Cal. Nouẽ. M. cccc. xxxxiij.

Franciscus Philelfus Francisco barbare sal.

Dhortatio tua mihi maiorẽ in modũ pbari debet:

a utpote quæ ab optio aio manat: meiq; amãtissimo.

Verũ qui mare ingressus in uæhemẽtoris fluct⁹ inciderit: nō quo uelit: sed quo ingruentiũ uentorũ flat⁹ traxerint: nauigare cogitur: uel inuitus. Itaq; ex tẽpore consilium capiat̄: necesse ẽ. Vale. Ex Mediolano pridie Cal. Nouembres. M. cccc. xxxxiij.

Franciscus Philelfus Normano albicio sal.